



ALVARI GOMEZ DE MILI-  
 tia principis Burgūdi quā uelleris aurei uocant, ad  
 Charolū Cesarē eiusdē militiae prīcipē libri quīq;  
 AD MAGNUM item Philippū iuuetutis  
 principē in eiusdē uelleris locos obscuriores Alexij  
 Vanegas breuis enucleatio. Mēse nouē. 1540

*destruho in emencum Alexij Vanegas altho  
 loquor de racione de los Mysterios de la guerra  
 alu. gomez Thom. Vanegas de la guerra  
 se cobro impreso en 4. Junta a Cronica de los  
 Anos de los*

CAESARI CHAROLO EIVS

nominis quinto inuictissimo Imperatori

Hispaniarumqz Regi. Sc. Petrus

Gomez de Mendoca,

*Escola Lib.ª de Colegi.ª de Cuenca.*

**I**NTER OPERA QVAE

pater meus Aluarus Gomez tam latino, quam Hispano sermone scripta reliquit, inuictissime Imperator Charole Caesar semper Auguste (sunt enim nō parū multa) unū sane reperi, tuæ quondam maiestati dicatum. Aegre tuli (fateor) icuria nescio qua tēporū hæc tenus delituisse, cū de his potissimū rebus ageret: quæ nulli aptius aut regum aut imperatorū: quam tuæ maiestati congruerent. Nam ad summe inclytā clarissimi tui generis stirpē inuictissimaqz arma haud dubie pertinent. Vnde uisus mihi sum congruentissime facturum: si opus hoc latinis carminibus conditum, felici tua nuncupatione in lucem prodiret: ut qui latine sciūt (Quæ enim tam inculta, tam barbara tam effera gens: quam latinus sermo non iam inuiserit?) hanc uelleris plusquā aurei historiam scitu atqz memoratu dignissimā, ab ipso statim principio: unde originem duxit se literis extat: clare intelligāt. Agnoscat Casarea maiestas opusculum hoc iā olim sibi dicatū: eiusqz autoris haud immemor



DESI. ERASMVVS ROTERO.  
LECTORI.

**E**Nituit (proh grāde nefas) post secula multa  
Nobilium rerum series, & uelleris almi  
Incluta Romanos contemnens fama triumphos.  
Et nullam Aonia nullam Parnasidos undae  
Sensit opem, nullo se euexit in astra cothurno  
Donec Hesperio spectatus sanguine Gomez  
Clarus auis opibusq; potens, sed carminis alti  
Diuitijs caelsaq; & magniloquente camœna  
Nobilior, tantæ miserans obliuia laudis:  
Ac prima intactum repetens ab origine carmen  
Splendida grandiloquo reserans exordia uersu  
Ordinis, & causā, ter magno et maxima Charlo  
Decretis promissa deum uenturaq; fata  
Asseruit tetrīs illustria gesta tenebris.  
Ausonij lucem eloquij sacrumq; furorem  
Carminis Hispani succendens flatibus oris.  
Non hic mendaci commendat Iasona uersu.  
Nec uigilem Medæa parat sopire draconem.  
Aut mentita nouo prorumpunt praelia sulco.  
Fulgida sed sacri miracula uelleris udi  
Arenti tellure prius, ac mox uice uersa  
Vndantem pluuijs sudo iam uellere terram,  
Et Gedeoniacos ausus diuinaq; bella

## LIBER PRIMVS.

V

ALVARI GOMEZ DE MILI-

*tia principis Burgundi quam uelleris aurei**uocant, ad Charolū Cæsarem eius**dem militiæ principem li-**bri quinqz.*

**D**Anderes res altas et uatū crimine rectas  
 Incipiā, si musa uocat, si uerus Apollo  
 Inuitat, clarisqz iubet miserescere factis  
 Pegasidūqz lyras, mutāqz resolvere fa-

Nā quid erit, nostro iaceat nō cognitus æuo (mā.

Martis honos, puroqz aries præfulgidus auro

Non ferro aut cunctis nomen superabile sæclis:

Scilicet hunc humeris gestet rex Charolus, atqz

Nos liceat nescire modum causamqz uerendi

Ordinis, et magni lateant monumenta Philippi:

Quin iam Castalios latices diuumqz liquorem

Fundite Meonia Burgunda in carmina nymphae.

Vos precor illapse charites primordia sacri

Velleris, et priscam repetamus origine causam.

Mosus Erythrei molem superare profundi

Cœperat, et siccis penetrauerat æquora plantis.

Intrat in arentes arabes, ingentia rursus

Dona dei, pastam diuino pane cateruam

Suscipit: et graciles epotans caute liquores

A ♡



# AD MAGNUM PHILIPPUM

iuuentutis Principem in uelleris aurei locos  
obscuriores Alexij Vanegas gym  
nasij Toletani moderatoris  
breuis enucleatio.



## VM ORATIONIS MA

xima uirtus (authore Fabio) nostræ  
iuuentutis sereniss. Princeps, ipsa sit per  
spicuitas: authores qui egerent interpre  
te quasi uiciosi palam, essent prorsus abiiciendi: nisi  
carmenis præscriptæ leges ab orationis solutæ legi  
bus poetas uindicarent ac tuerentur. Vnde sine repre  
hensione hic mos inoleuit: ut quod illic auribus lecto  
ris obstreperet: hic easdem acuat exhilaret et oble  
tet. Quis enim in oratione libera Sphigas aut Sco  
tismos illius Heracleti, quæ data opera nimis obscu  
re scripsisse secundo libro de finibus testatur Cicero:  
non statim exhilararet: cum tamē eisdem in carmine  
conniueret: ut pote quibus penitus eruendis ingenium  
uellet acueret: id quod cum ita esse nemo non asserat  
præclarissime princeps: operam me insupturum inanem  
haudquaquam existimaui: si Aluari Gomez poete  
nostratis de uellere aureo mirificum opus enucleandum  
assumeret: cuius excudendi curam cum typographos  
suscepisse mihi constaret: eius operis interpretationem

ecclesie corpore mystico summum pontificem, teq; si-  
mul Christiani exercitus imperatorem progredi ra-  
ciocinemur: ut ab ecclesie hostibus euaginato gladio  
tuteris eum, qui gladium suum in uaginam mittere  
diuina admonitione iubetur. Hæc serenissime prin-  
ceps sese mihi, quotidianis hinc inde lectionibus in-  
pedito, quæ scriberem, obtulerunt. Quæ cum re uera  
paucissimis horis utcunq; sint concinnata, præstiti  
prope plura q; potui, sed multo sane pauciora quã  
debui. Nã cū in librorū disquisitione (quæ me in hu-  
ius operis excussione præoccupatum oppresserat) ex  
munere mihi iniuncto, totos dies impenderē, ut a no-  
tis nothos abstraherē. mirū sane q; tãto oneri nõ suc-  
cubui. Tibi uero adeo munusculū hoc euauit, ut mi-  
hi sit Augustissimū cōgiariū, si hæc sereniss. princeps  
(quãtulacūq; sunt) scholia fastigio tuæ celsitudinis  
non despexeris. Vale fœliciter nostri & noui orbis  
præsidiū: ac tui clientuli Alexij Vanegas, si unq; in  
hoc tibi præludio contigerit ociari, memento.

Tuos pedes osculabundus amplectitur  
Alexius Vanegas.

CTOLETI.

In ædibus Ioãnis de Aiala. 20. die Nouẽbris  
anno Virginei partus.

1540.